

## XIII

**m**us: ut iocundus nobis sit eius occasus. **C**erum hoc nō didicerat a philosophis quos magis laudibus pdicat: sed ex illa noua academia ubi ei dubitare etiā de rebus manifestissimi placuit: ista sententia redolebat. **A** philo sophis autē sicut ipse confitef maximis longe & clarissimis: eternos animos esse acceperat. **E**terni qui pe nō incōuenienter hac exhortatione excitant: vt in suo cursu reperiāt cum venerit vite huius extremū. id est in rōne & inuestigandi cupiditate minusq; se ad misceant atq; implicent hominī vitijs & errorib;: vt eis facilior sit regressus ad deum. **S**ed iste cursus qui constituit in amore atq; inuestigatione veritatis: non sufficit miseris: id est hominibus: cum ista sola rōne mortalibus sine fide media toris. **Q**uod in libris superioribus huius operis: maxime in quarto & xiiij. q̄dū potui demonstrare curauit.

**E**xplícit liber quartus decimus.

**I**n cipit capitula libri q̄ntidecimi.

- i **D**e excellentia animi ad imaginem creatoris sui conditi.
- ii **D**e summo bono quod semp inuenienduſ querif & q̄rendū inuenit.
- iii **Q**uid disperatū: quidue sit comprehendens p̄cedentiū ratiocinatione libroꝝ.
- iv **I**n quarū rerum cōtemplatione sūma trinitas inquirenda sit.
- v **O**mnia que de deo digne dici videntur posse in pauciora conferri ut nihil minus dictum intelligat.
- vi **Q**uo etiā ſi vnum aliquid eligatur ex multis: quod digne appelleſ deus in una ipſa appellatione trinitas dicat: possit intelligi.
- vii **Q**uo differat trinitas que iuenerit in imagine dei a trinitate que deus est.
- viii **D**especulo in quo p̄ imaginem dei trinitas eius v̄tūq; intellecta conspiciatur.
- ix **D**e enigmate & tropicis locutionibus
- x **Q**uomodo per inspectionem verbīq; est in cogitatione mētis humane ad agnitionem verbi quod deus est aliquatenus possit accedi.
- xi **S**icut verbum hominis significatur p̄ vocem vel quodlibet iudicium corporale: ita verbum dei manifestatū esse

per carnem.

- xii **Q**uantū distent a vera & perfecta similitudine dei que in natura mentis ut cūq; deo similia reperiuntur.
- xiii **D**escientia dei patris cui nihil cuiusq; creature indicijs conserat.
- xiv **D**esimilitudine & equalitate patris dei & vñigeniti eius consubstantialis et coeterni.
- xv **Q**uod dissimile sit verbum nostrum mutabile: a verbo dei incommutabili & eterno.
- xvi **A**n volubilitas cogitationis deo inesse credenda sit.
- xvii **D**e spiritu sancto qui patri & filio equa lis accipitur & vtriusq; spūs dicitur & charitatis noſe intelligitur: cum q̄libet in trinitate persona sit charitas.
- xviii **D**e excellentia charitatis q̄ ita ex deo est ut ipse sit deus.
- xix **Q**ua ratione donum dei dicitur spiritus sanctus.
- xx **C**ontra eos qui vñigenitum dei nō partere nature sed voluntatis filium esse dixerunt.
- xxi **D**e similitudinibus trinitatis diuine que in natura mentis ad imaginem dei facte reperiri v̄tūq; potuerūt.
- xxii **T**ria que sūt in imagine dei: id est memoria: intellectus: & amor vnius esse persone quia nō hoc est ei esse quod hec habere.
- xxiii **Q**uera in deo trinitate vnitas: & q̄ vne in eiusdem vnitate sit trinitas
- xxiv **D**e his quinaturaz mentis subtiliter intuetur: & eam imaginē dei esse nō sentiunt.
- xxv **Q**uod beatos faciat fides recta: etiā eos qui de naturis incorporeis nequeūt disputare.
- xxvi **I**nter ualla tempoz diuine trinitatis nulla sunt.
- xxvii **Q**uid quodam sermone ad populum disputatū sit de differentia generatiois filij & p̄cessionis spūsancti.

**I**n cipit liber quintus decimus.